Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26345
Copyright: Admont, Benediktinerstift



216

aliquando comedunt. sup pellicia quot quot sunt necessaria ostiario dare.
Nulli enim litterato nisi clericali uestimento sit indutus in refectorio
licet comedere. Vetera quoque fratrum uestimenta usibus eorum non apta. si quae
tamen fratribus exterioribus superfuerint. pauperibus distribuenda dat elemosi
nario. armario etiam pelles. cultros et colores. et quaeque ad libros
conficiendos sunt necessaria. refectorario quoque ad opus donum abbatis
et hospitum in refectorio comedentium duo bacina cum manutergio.
et praeterea infirmario alia duo bacina ad opus infirmorum in lectu
lis iacentium. In natiuitate sancti Iohannis et Pauli fenum a decano uille ac
cipit. et hoc in lectis fratrum sterni facit. Ipse etiam uel adiutor in
hieme aquam calidam ad lauandos fratrum pedes post processionem et an
mandatum prouidet. Inter cetera pertinet ad eum etiam de fullonibus pan
nos fratrum lauantibus. et ut per eosdem mensalia ac manutergia separa
tim ab aliis pannis lauentur. Nos adiutor ipsius omni tercia feria post euangelium
mater missae ducit in claustrum. ut pannos fratrum ad lauandum ac
cipiant de archa in qua semper a fratribus congesta inueniuntur. Curam
quoque habet non minimam de omnibus ferramentis. in claustro necessa
riis. de rasoriis fratrum et forpicibus et linteaminibus ad rasuram

Quomodo quando pannos suos lotos recipiant pertinentibus.

Omni sabbato post nonam. et in xlma post cenam panni fratrum nouiter
abluti ponuntur in claustro super scannum quod est prope cellarium.
Ibi non deest magister nouitiorum. ut uideat ne quis per incuriam
aut ignorantiam accipiat alios pannos quam quibus nomen suum est in
scriptum. Hoc est edictum patrum nostrorum. ut nullus omittat stamineo
suo in [illegible] anteriori ora intrinsecus nomen suum inscribi cum in
quinto [illegible] causto. cooperto uero puluinaris et femoralibus cum filo
tenere in anteriori ora sed extrinsecus. Hanc autem inscriptionem
quilibet ante primam. uel alio tempore ante terciam. ad interualla